



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Confessor II. qualis esse débeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

fessor idoneus in articulo mortis. cap. 4. num. 1. & cap. 26. num. 26. in Antiquo. Sed cap. 27. num. 271. & serius in Novo cap. 26. num. 26. corrigens hanc sententiam, admittit omnem Sacerdotem, quomodolibet præcsum, excepto hæretico. vide in hoc compend. plura in tit. Articulus mortis.

Quilibet simplex Sacerdos, est idoneus confessor, respectu habentis tantum venialia, vel mortalia; alias rite confessa. cap. 4. num. 1.

Clerici sacerulares non expositi non possunt post Triden. mutuò suas confessiones audire. Bene tamen Religiosi, qui virtute suarum bullarum poterant ante Concil. confiteri clericis sacerularibus idoneis. n. 2.

Timor, quod post confessionem Parochus maiorem habebit sollicitudinem de pœnitente, & minorem estimationem; non est causa sufficiens confitendi alieno confessori. Nec etiam pudor est causa sufficiens, nisi sit adeo magnus ut pœnitentem constitut in periculo tacendi aliquod peccatum. cap. 7. num. 9.

CONFESSOR II.

Qualis esse debeat.

CON

CONFESSOR debet habere potestatē
scientiam, & bonitatem. cap.4. num.1.

Et potestas quidem in hoc consistit, quod
sit presbyter habens iurisdictionem actualē,
ordinariam, vel delegatam, quae ad pec-
cata sibi confessa extendatur. cap.4. num.1.
Nouo num.2.

B Confessor, vt quo ad scientiam sit per-
fetus, debet scire Theologiam Sacramen-
talem, & moralem vtriusque iuris peritiam,
constitutionēsque synodales regionis, vñ
C confessiones audit. Sed, vt sit sufficiens, fatis
est, vt relegens libros etiam vulgares, sci-
discernere peccata, vtrūm sint mortalia, seu
venialia, & quānam eorum postulent res-
tutionem, quae circumstantiæ peccatorum
sint necessariō confitendæ, quānam peccata
sint reseruata, & quae sint censuris annexa
aut quae excommunicationes sint reseruatae
& si auditurus est clericos, sciat casus ir-
regularitatis & suspensionis: vel sciat in his
omnibus dubitare, & consulere peritos. cap.
4.num.2. Nouo 8.

D Potest autem unus confessor esse idoneus
in vno loco, vel alicui personæ, & non in
alio, neque alij, vt aliquibus exemplis notis
patet. num.4. Notio 10.

Audiens confessiones ex obedientia,
non minus tenetur scire quam audiens
sponte

C O N F E S S O R . I I . 145

sponte sua.num.3.& Nou.num.9. Vnde, qui audit confessiones ex obedientia iudicans se non esse idoneum, peccat: secus si dubitat. num.6. Nou.num.14. confessarius, eo quod sponte se obtulerit, non tenetur ad amplius quam ad vitandam culpam latam, & leuem. num.3. in fine, & Nou.num.10.

Confessarius ignorans aliqua communis, E sima, & necessaria, peccat mortaliter. num.4. Nouo.num.12.

Excusabitur tamen in tribus casibus. I. Quando pœnitens est valde sufficiens sibi. II. Quando pœnitens est persona spirituialis, quæ crebro confitetur. III. In articulo mortis. Et idem est de confessario existente apud infideles; inter quos degunt Christiani. cap.4.num.5. Nou.num.13.

Confessor, ut licet audiat confessiones, debet esse sine peccato mortali. nu.6. Nou. num.15.

C O N F E S S O R . I I I .

Ad quid teneatur.

Confessor, antequam confessionem au- A diat, vel cum audire vult, debet cor in Deum erigere ad obtainendum diuinum au- xilium. cap.10.num.1.

K Deinde,